Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



203

forinsecus frustra miscuunt. et seducunt inconscientiae interiora reducem faciens intentionem suam. Dicit. Quanti mercennarii in domo patris mei abundant panibus. ego autem hic fame pereo. Unde hoc scire poterat nisi quia ista recognatio. iam resipiens et cum euangelium predicaretur. Mercennarii quippe patris abundant panibus. quia qui futuri mercedis intuitu digna operari satagunt coelestis supernae gratiae refectionem alimoniis. At vero fame pereunt qui extra patris aedes posita uentrem cupiunt implere desiderio. idcirco qui sine fide uiuentes uitam beatam inanis philosophiae studiis inquirunt. Sicut enim panis qui cor hominis confirmat uerbo dei quo mentem reficiat assimilatur. na siliqua quae et ipsa mitis inanis foris mollis est et corpus non reficit sed implet ut sit magis oneri quam usui scilicet sapientiae non numerito conparatur. cuius sermo facundiae plausu onerosus sed uirtute uacuus et uacuus. Surgam et ibo ad patrem meum et dicam illi. Pater peccaui in celum et coram te. Quam misericordem pium que nouerat patrem. quinee offensus a filio patris dedignetur audire uocabulum. Surgam inquit. quia me iacere cognoui. et ibo qui longe recessi. ad patrem meum. quia sub principe porcorum miserabili egestate tabesco. Peccaui autem in celum coram spiritibus angelicis scilicet que animabus. in quibus significatur sede dei. coram te. ipso conscientiae interioris conclaui qua dei solius oculi penetrare ualebant. Et iam non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum ex mercennariis tuis. Ad filii quidem affectum qui omnia que patris sunt sua esse non ambigit aspirare nequaquam presumit. sed mercennarii statum iam pro mercede seruitutis desiderat. uerum ne hunc quidem nisi paterna dignatione se mereri posse testatur. Ubi sunt qui pelagianistae qui sua se uirtute saluari posse confidunt. contra apostolicam ueritatis sententiam quae ait sine me nichil potestis facere. Et surgens uenit ad patrem suum. Venire ad patrem et in ecclesia constituit fidem. ubi iam possit esse peccatorum legitima et fructuosa confessio. Cum autem adhuc longe esset. et tamen quam intelligeret dum sed tamen eum ut pie quereret. uidit illum pater ipsius. Impios enim et superbos conuenienter non uidere dicitur tanquam ante oculos non habere. Ante oculos enim haberi non nisi qui diligunt dici solent. Et mitis motus est. et occurrens cecidit super collum eius. Non enim pater urgentem filium deseruit. in quo usque ad nam longinquam eam peregrinationem excurrit atque ascendit. quia dis erat in christo mundum reconcilians sibi. Et ipse dns ait. Pater in me manens ipse facit opera sua. Quid est autem cadere super collum eius. nisi inclinare se et humiliare in amplexum eius brachium suum. et brachium dei eum reuelatum est. quod est uirtus dei nostri christi. Et osculatus est eum. Consolari uerbo gratiae dei ad spem indulgentiae peccatorum. hoc est post longa itinera remeantem a patre mereri osculum carnatus. Dixit que ei filius. Pater peccaui in celum et coram te. iam non sum dignus uocari filius tuus. Incipit iam peccata constitutus in ecclesia confiteri nec dicit omnia quae dicturum